SENTENTIÆ PUERILES

PRO

PRIMIS LATINÆ

Linguæ tyronibus, ex diversis Scriptoribus collectæ.

Per

LEONARDUM CULMAN.

His accesserunt pleræque veterum Theologorum sententiæ de vera Religione.

LONDINI,

Excudebat *B. G.* pro Societate Stationariorum, 1681.



O

D O bey

Suarona O

John Taylor

O

4

4 4 4 4

4

O bey

e

4 5

e e

e

e

SENTENTIÆ PUERILES

PRO

PRIMIS LATINÆ

Linguæ tyronibus, ex diversis Scriptoribus collectæ.

Per

LEONARDUM CULMAN.

His accesserunt pleræque veterum Theologorum sententiæ de vera Religione.

LONDINI,

Excudebat *B. G.* pro Societate Stationariorum, 1681.

Viro bono & Erudito

CHUNRADO KOLERO,

Civi Graylſheimenſi,

LEON. CULMAN S. P. D.

LIbellum hunc Sententiarum qualemcunque, puerilem ſanè, ante aliquot annos in puerorum uſum, ex bonis autoribus undique collectum, atque jam demùm in filiorum tuorum gratiam in hunc ordinem claſſicum redactum, tibi dedicari volui, Chunrade *optime, quo conſtans animi mei erga te propenſi & amantis ſignum ſemper haberes, memorémque me tui, atq; beneficiorum in me collatorum diceres. Sic enim amorem amore, beneficium beneficio, pro ingenii mei atque rerum tenuitate ſatis penſatum puto. Quamvis dices, hoc officium verius in filios tuos collocatum eſſe, quorum ſtudiis conſulere poſſim: verùm ſcivi te hoc munere precipuè literario apprimè delectari; quia non ſolùm literatus es, verum etiam ſummopere curas, ut & bonis literis atque moribus filioli tui recto fruantur, quò Reipublicæ Chriſtianæ olim prodeſſe queant. Proinde tu, loco filiorum tuorum, laborem hunc meum avido & bono animo accipe, me amantem redama.*

Bene vale.

SAPIENTUM SENTENTIÆ

pro primis Latinæ Linguæ tyronibus collectæ

Sententiarum Dictionum.

A Micis opitulare.
Alienis abstine.
Arcanum cela.
Affabilis esto.
Amicos probato.
Audacia periculosa.
Amicis utere.
Bonis utere.
Blandus esto.
Bonis benefacito.
Benedic omnibus.
Cognosce teipsum.
Cognatos cole.
Concordiam sectare.
Calumniam oderis.
Consule inculpatè.
Dolum time.
Datum serva.
Depositum redde.
Deferto neminem.
Delecta amicos.
Diligentiam adhibe.
Existimationem retine.
Ebrietas dementat.
Ebrietatem fuge.
Exerce probitatem.
Æquum judica.
Familiam cura.
Fac justa.
Filios erudi.
Fuge turpia.
Inimicitias fuge.
Iracundiam tempera.
Inimicitias dissolve.
Justè judicato.
Justitiam colito.
Jusjurandum serva.
Libenter disce.

Viro bono & Erudito

CHUNRADO KOLERO,

Civi Graylſheimenſi,

LEON. CULMAN S.P.D.

LIbellum hunc Sententiarum qualemcunque, puerilem ſanè, ante aliquot annos in puerorum uſum, ex bonis autoribus undique collectum, atque jam denuo in filiorum tuorum gratiam in hunc ordinem claſſicum redactum, tibi dedicari volui, Chunrade *optime, quo conſtans animi mei erga te propenſi & amantis ſignum ſemper haberes, memorémque me tui, atq; beneficiorum in me collatorum diceres. Sic enim amorem amore, beneficium beneficio, pro ingenii mei atque rerum tenuitate ſatis penſatum puto. Quamvis dices, hoc officium verius in filios tuos collocatum eſſe, quorum ſtudiis conſulere poſſim: verùm ſcivi te hoc munere precipuè literario apprimè delectari; quia non ſolùm literatus es, verum etiam ſummopere curas, ut & bonis literis atque moribus filioli tui recto formentur, quò Reipublicæ Chriſtianæ olim prodeſſe queant. Proinde tu, loco filiorum tuorum, laborem hunc meum avido & bono animo accipe, & amantem redama.*

Bene vale.

SAPIENTUM SENTENTIÆ

pro primis Latinæ Linguæ tyronibus collectæ

Sententiæ duarum Dictionum.

Amicis opitulare.
Alienis abstine.
Arcanum cela.
Affabilis esto.
Amicos probato.
Audacia periculosa.
Amicis utere.
Bonis utere.
Blandus esto.
Bonis benefacito.
Benedic omnibus.
Cognosce teipsum.
Cognatos cole.
Concordiam sectare.
Calumniam oderis.
Consule inculpatè.
Dolum time.
Datum serva.
Depositum redde.
Deferto neminem.
Delecta amicos.
Diligentiam adhibe.
Existimationem retine.
Ebrietas dementat.
Ebrietatem fuge.
Exerce probitatem.
Æquum judica.
Familiam cura.
Fac justa.
Filios erudi.
Fuge turpia.
Inimicitias fuge.
Iracundiam tempera.
Inimicitias dissolve.
Justè judicato.
Justitiam colito.
Jusjurandum serva.
Libenter disce.

Ludos fuge.
Legibus pare.
Laudato honesta.
Linguam tempera.
Liberos evolve.
Liberos institue.
Litem oderis.
Mortalia cogita.
Magistratum metue.
Mundus esto.
Majori cede.
Minori parce.
Magistrum metue.
Multitudini place.
Mendatium oderis.
Meretricem fuge.
Neminem irritato.
Neminem irriseris.
Nè jurato.
Neminem vitupera.
Nemini adverseris.
Nihil diuturnum.
Omnibus placeto.
Oculis moderare.
Otiosus nè sis.
Otium fuge.
Omnia mutantur.
Pacem dilige.
Pietatem sectare.
Probrum fugito.
Principem honora.
Periculosa temeritas.
Principi obedito.
Pudorem serva.
Propria custodi.
Prudentiam exerce.
Respice futurum.
Reverere parentes.
Religionem cole.
Regem honora.
Risum moderare.
Rectum quære.
Rationi obtempera.
Rumores fugito.
Sapientibus utere.
Sobrius esto,
Saluta libenter.
Seniorem venerare.
Suspicionem abjicito.
Temperantiam exerce.
Tempori pare.
Tecum habita.
Veritati adhæreto.
Utere virtute.
Violentiam oderis.
Voluptatem tempera.
Verecundè responde.
Verecundiam serva.

Sententiæ trium Dictionum.

AMor vincit omnia. Amor sui cæcus.
Arma nesciunt leges.
Audentes fortuna juvat.
Assiduitas durissima vincit.
Avarus semper eget. Avaritia nihil miserius.
Auro nihil inexpugnabile. Ars vincit naturam.
Aliena concupiscere noli. A vitiis abstineto.
Amicos pecuniæ faciunt.
Avaritia vitiorum caput.
Alii aliis præstant. Assuefactio efficacissima est.
Belli exitus incertus.
Beneficii accepti memento.
Belli fortuna anceps. Bellum gerendum consilio.
Brevis hominum vita. Bis pueri senes.
Cultus res sacra.
Cor hominum indomabile.
Cor hominis pravum.
Crimina multa dissimulanda.
Comparatio omnis odiosa. Cuique sua dos.
Comitas amicos parit.
Comitate vincendi morosi.
Conscientia mille testes.
Cibus immodicus noxius.
Consilio inimica iracundia.
Cupiditas est inexplebilis.
Cupiditas pecuniæ fugienda.

Ludos fuge.
Legibus pare.
Laudato honesta.
Linguam tempera.
Liberos evolve.
Liberos institue.
Litem oderis.
Mortalia cogita.
Magistratum metue.
Mundus esto.
Majori cede.
Minori parce.
Magistrum metue.
Multitudini place.
Mendatium oderis.
Meretricem fuge.
Neminem irritato.
Neminem irriseris.
Nè jurato.
Neminem vitupera.
Nemini adverseris.
Nihil diuturnum.
Omnibus placeto.
Oculis moderare.
Otiosus nè sis.
Otium fuge.
Omnia mutantur.
Pacem dilige.
Pietatem sectare.
Probrum fugito.
Principem honora.
Periculosa temeritas.
Principi obedito.
Pudorem serva.
Propria custodi.
Prudentiam exerce.
Respice futurum.
Reverere parentes.
Religionem cole.
Regem honora.
Risum moderare.
Rectum quære.
Rationi obtempera.
Rumores fugito.
Sapientibus utere.
Sobrius esto,
Saluta libenter.
Seniorem venerare.
Suspicionem abjicito.
Temperantiam exerce.
Tempori pare.
Tecum habita.
Veritati adhæreto.
Utere virtute.
Violentiam oderis.
Voluptatem tempera.
Verecundè responde.
Verecundiam serva.

Sententiæ trium Dictionum.

AMor vincit omnia. Amor ſui cæcus.
Arma neſciunt leges.
Audentes fortuna juvat.
Aſſiduitas duriſſima vincit.
Avarus ſemper eget. Avaritia nihil miſerius.
Auro nihil inexpugnabile. Ars vincit naturam.
Aliena concupiſcere noli. A vitiis abſtineto.
Amicos pecuniæ faciunt.
Avaritia vitiorum caput.
Alii aliis præſtant. Aſſuefactio efficaciſſima eſt.
Belli exitus incertus.
Beneficii accepti memento.
Belli fortuna anceps. Bellum gerendum conſilio.
Brevis hominum vita. Bis pueri ſenes.
Cultus res ſacra.
Cor hominum indomabile.
Cor hominis pravum.
Crimina multa diſſimulanda.
Comparatio omnis odioſa. Cuique ſua dos.
Comitas amicos parit.
Comitate vincendi moroſi.
Conſcientia mille teſtes.
Cibus immodicus noxius.
Conſilio inimica iracundia.
Cupiditas eſt inexplebilis.
Cupiditas pecuniæ fugienda.

Calamitas nemini exprobranda.
Convitiis non reſpondendum.
Deſidia generat oblivionem.
Dies affert multa.
Difficile aſſueta relinquere.
Divitiæ faſtum pariunt.
Dies ægritudinem adimit.
Deſperandum de nemine.
Dona multum poſſunt.
Delinquentes ſunt corrigendi.
Divitiæ victorum miniſtræ.
Difficillimum vincere naturam.
Diſcordiâ dilabuntur regna.
Difficilia quæ honeſta.
Divitis incauta oratio.
Diviſio rem attenuat.
Dubium quodcunque probato.
Dubius rerum eventus.
Dives omnis inexplebilis.
Doloris medicus tempus.
Exercitatio optimus magiſter.
Exercitatio poteſt omnia.
Æquales æqualia delectant.
Exilium multos honeſtat.
Experimento nihil certius.
Ætate prudentiores reddimur.
Ebrietatis comes oblivio.
Ætas corrumpitur vino.
Flagitiorum turpis exitus.

Felicium multi cognati.
Felicitas incitat inimicitias.
Fames optimus coquus.
Fortuna reddit insolentes.
Felicitatis comes invidia.
Ferocitas lenitate sedatur.
Factum stultus agnoscit.
Fœminæ sunt inconstantes.
Furori cedendum est.
Fuge nimis alta.
Finem vitæ specta.
Forma perit vino.
Fortes fortuna adjuvat.
Fama nihil miserius.
Firmum in vita nihil.
Fugax est ætas.
Futili nihil credendum.
Finis miseriæ mors.
Gaudium dolori junctum.
Gratia gratiam parit.
Gloriæ fundamentum labor.
Honos alit artes.
Hominum mentes variæ.
Honores præbet pecunia.
Humani casus ancipites.
Humanarum rerum vicissitudo.
Infelix litium exitus.
Incertus rerum exitus.
Ira tormentum sui ipsius.

Juncundi acti labores. In vino veritas.
Iram compeſcere arduum.
Jactantiæ comes invidia.
Ingenia hominum varia.
Inconſulti facilè ruunt.
Incommodum hilaritate condiendum.
Ingens telum neceſſitas.
Induſtriam adjuvat Deus.
Infida ſemper ſocietas.
Inconſtantia faſtidit amicos.
Incognitum non amatur.
Inexplebilis eſt mendicitas.
Injuria beneficio vincitur.
Jucunda rerum viciſſitudo.
Ignorans omnis inſtabilis.
Infelicitas nemini objicienda.
Injurias tolerare difficile.
Laus excitat ingenium. Lis parit litem.
Labore omnia florent. Lingua multos perdidit.
Labores gloriæ fundamentum.
Linguam digito compeſce.
Labor eſt theſaurus hominis.
Laus merces virtutis. Libertate nihil dulcius.
Malus ſimilem quærit.
Malè partum dilabitur. Multa docet fames.
Malum patentia tollitur. Mens præſaga futuri.
Mulierem ornat ſilentium.
Miſerrimum fame mori.
Mortalibus nihil tutum.

Munera capiunt homines.
Mutua defenſio tutiſſima.
Muſicam docet amor. Mors omnia ſternit.
Mors eſt inevitabilis. Mala ſenium accelerunt.
Muleris dos pudicitia.
Memoria theſaurus artium.
Maledictis non reſpondendum.
Natura paucis contenta.
Nemo ſibi naſcitur. Nihil temerè credideris.
Nil mentiri debes. Neceſſitas caret lege.
Nè tua jactato. Nè aliena deſpicito.
Nè cui obtrectato.
Neceſſitati nihil repugnat.
Neceſſitas frangit ferrum.
Nimia parſimonia vitanda. Nox pudore vacat.
Nè quid nimis. Nihil aſſuetudine majus.
Nuſquam tuta fides.
Nihil inexpertum affirmes.
Naturæ fruſtrà repugnatur.
Nihil fugacius tempore.
Obſequium amicos parit.
Occaſio facit furem.
Opulentia tollit amicos.
Omnium principium grave.
Occaſio non negligenda.
Opes celeriter delabuntur.
Odium obſequio lenitur.
Omnia fert ætas. Opes arte parantur.
Otium ingenii rubigo.

Paupertas excitat artes.
Præceptori discipulus obediat.
Pæcuniæ obediunt omnia.
Præceps consilium inauspicatum.
Paupertas amicis non spoliat.
Paria sunt conservanda.
Pudor mendico inutilis.
Plurium calculus vincit.
Patriâ nihil dulcius.
Procrastinatio est odiosa.
Principium dimidium totius.
Quæ nocent, docent.
Quævis terra patria.
Risus nimius cavendus.
Similia similibus favent.
Simile simili gaudet. Servitus omnis misera.
Soli fortunati amantur.
Somnus mortis imago. Spes servat afflictos.
Studium humanos reddit.
Suum cuique pulchrum.
Sequitur ver hyemem. Stultus stulta loquitur.
Studia mentem indicant. Sors omnia versat.
Silentium ubicunque tutum.
Superbi difficilè corriguntur.
Solus sapiens dives. Spes alit exules.
Sibi quisque placet. Sacietas ferocitatem parit.
Semper feriæ inertibus.
Sermo medetur tristitiæ. Silentio nihil utilius.
Tempus edax rerum. Tempus breve est.

Tem-

Tempus celerrimè aufugit.
Tempore omnia mutantur.
Tempus omnia revelat.
Tempore omnia peraguntur.
Tempore nihil velocius. Tempore fiunt omnia
Tempus dolorem lenit. (mus.
Venter caret auribus. Vetita magis appeti-
Veritatis ſimplex oratio.
Vulgi judicium ſtultum. Virtus laudata creſcit.
Uſu omnia conſumuntur. Varia dona homi-
(num.

Sententiæ quatuor Dictionum.

ALiam ætatem alia decent.
Aliis aliud vitii eſt.
Amicis utendum cum modeſtia.
Aſſidua exercitatio omnia poteſt.
Ab hominibus blandientibus cavendum.
Amicos inter adverſa cognoſcimus.
Amici boni rari ſunt.
Amicitia vetus rarò abolctur.
Amanti nihil eſt difficile.
Ambitio in Republica peſtilentiſſima.
Amicitia omnibus rebus anteponenda.
Annus fructificat non tellus.
Animus cujuſque ſermone revelatur.
Ante annos prudentia nulla.
Arcus nimis intenſus rumpitur.
Aſſueta mala non offendunt.
Amor non eſt ſanabilis.

Adverſa ſæpe excitant ingenium.
Auro placatur rex avarus.
Avari cupiditas nunquam expletur.
Audere non eſt ſapientis.
Amico fido nihil pretioſius.
Adeſt unicuique rei modus.
Admonentis liberè rari ſunt.
Ampla ſatìs forma pudicitia.
Amicitia nullum pondus recuſat.
Amorem oculi potiſſimum conciliant.
Avari non poſſunt ſatiari.
Avaritià nullum vitium tetrius.
Aranearum telis ſimiles leges.
Beneficium ſemper beneficium provocat.
Beneficium animo donantis metiendum.
Beneficii exprobatio moleſta eſt.
Bellum civile malum pernicioſum.
Bona multa negligendo perduntur.
Bonis amicis parciùs utendum.
Bonos viros omnia decent.
Blandis verbis homines exorantur.
Conjugium inæqualium malum eſt.
Canes timidi vehementiùs latrant.
Calliditas nimia interdum obeſt.
Charum eſt quod rarum eſt.
Conſuetudo omnia dura lenit.
Conſilium ubique plurimum valet.
Conſcientia recta ſuaviſſima eſt.
Conſuetudo quovis tyranno potentior.

Commune

Commune naufragium omnibus ſolatium.
Conſilium poſt facta inutile,
Cunctis opibus ſapientia pretioſior.
Creſcentem ſequitur cura pecuniam.
Cùm blanditur inimicus, fallit.
Cum fortuna mutantur amici.
Degeneres animos timor arguit.
Divitiæ, bonæ mentis onera.
Docti doctorum familiaritate gaudent.
Dulce eſt meminiſſe laborum.
Dulce eſt paternum ſolum.
Deteriorum ſemper major pars.
Damnum turpi lucro præponendum.
Diverſæ terræ diverſa producunt.
Donum à dantis animo penſatur.
Divitiæ ſunt cauſæ jurgiorum.
Damnare facilè neminem debemus.
Diſſimulanda eſt ſua miſeria.
E ſquilla non naſcitur roſa.
Egeſtatem affert manus otioſa.
Ex aſpectu naſcitur amor.
Eruditiores efficimur omnes damno.
Extrema gaudii luctus occupat.
Ebrietas, abditiſſima pectoris profert.
Ex minimis initiis maxima.
Errare commune eſt mortalibus.
Enſis puerisnon committendus.
Exprobatio calamitatis nemini objicienda.
Experientia eſt providentiæ magiſtra.

Ex parvis fiunt magna.
Ex otio vitia proveniunt.
Expertus pericula facilè expaveſcit.
Felicitas multos habet cognatos.
Fortuna ſimillima vento eſt.
Fallere alios malum eſt.
Futurorum nulla certa cognitio.
Fies malus malorum contubernio.
Fugiendum eſt malorum commercium.
Fratrum concordia rara eſt.
Fugienda ſunt nimis alta.
Fides etiam hoſti ſervanda.
Gravis culpa, tacenda loqui.
Gloria pecuniis non emitur.
Homines ad malum proclives.
Hominis figura oratione cognoſcitur.
Humile vitæ genus tutiſſimum.
Inſipiente fortunato nihil intolerabilius.
Irati nihil rectè faciunt.
Inter fratres rara concordia.
Ignavis ſemper feriæ ſunt.
Ingratitudo vitiorum omnium caput.
In omni re opus eſt animo.
In adverſis amicus probatur.
In omni re varietas delectat.
Inter arma ſilent leges.
Impatientia res cunctas exaſperat.
Impetus cuncta malè miniſtrat.
Innumeris laboribus honos conſtat.

Ira omnium tardiſſimè ſeneſcit.
Ingens theſaurus, bonus amicus.
Inopinata mala graviora ſunt.
Immenſum gloria calcar habet.
Invidia ſuum torquet autorem.
Improbâ linguâ nihil perniciosius.
Innumera mala parit ſecuritas.
Ingenium mala ſæpe movent.
Ira non ſedatur iracundiâ.
Labor eſt theſaurus hominibus.
Labor virtutis gloriam accipit.
Labor improbus omnia vincit.
Longior vita diuturna calamitas.
Libenter feras quod neceſſe eſt.
Minervâ invitâ nihil tentandum.
Mala herba non perit.
Mens præſaga futuri.
Multa petentibus deſunt multa.
Mendacem memorem eſſe oportet.
Malum lucrum æquale diſpendio.
Multis ictibus dejicitur quercus.
Moroſi nil candidè interpretantur.
Malum conſilium conſultori peſſimum.
Mortalibus nihil charius pecunia.
Mors omni ætati communis eſt.
Mala ſunt vicina bonis.
Malo accepto ſtultus ſapit.
Malè reſpondent coacta ingenia,
Modeſtia ſanitati multum confert.

Miſe-

Miſeri felicibus invidere ſolent.
Natura nihil ſolitarium amat.
Negotioſa res eſt litigare.
Nè vulgi ſequaris errores.
Novit paucos ſecura quies.
Nihil efficacius ſimplici veritate.
Nè majora viribus ſuſcipias.
Nihil turpius ſene libidinoſo.
Nihil abſurdius divite avaro.
Nullus mortalium abſolutè beatus.
Naturæ neceſſitas exiguo placatur.
Nemo læditur niſi à ſeipſo.
Nocet temeritas multum mortalibus.
Nulla amicorum melior poſſeſſio.
Nihil eſt homine calamitoſius.
Nihil dulcius amico monitore.
Nihil vulgarius quàm fallere homines.
Nimia lenitas non probatur.
Non ſemper arridet fortuna.
Opes amicos multos conciliant.
Omnia habere nemo poteſt.
Omnibus horis nemo ſapit.
Optimum aliena inſania frui.
Omnia ſuo tempore peragenda.
Omnes res facilè mutantur.
Oculus domini ſaginat equum.
Otium multa docet vitia.
Omnium eſt dulciſſimum accipere.
Omnia bona pace conſtant.

Omnes

Omnes deteriores ſumus licentiâ.
Oratio factorum eſt ſimulachrum.
Oculi auribus ſunt fideliores.
Omne ſolum, forti patria.
Pauperum mors eſt ſine ſtrepitu.
Pauperum ſermones ſunt vani.
Præſtantiores ſunt ſenum ſententiæ.
Parva non ſunt contemnenda.
Præcocia ingenia citò deſiſtunt.
Patria ſua cuique jucundiſſima.
Publicâ concordiâ nihil utilius.
Parcimoniâ & labore creſcunt res.
Prudentis eſt multa diſſimulare.
Perturbato cordi nihil jucundum.
Perdifficile eſt bonum eſſe.
Pertinacia, elati animi comes.
Probitas magnum ingenium facit.
Peccanti non præſtandum obſequium.
Poſt mortem ceſſat invidia.
Proſperis rebus animi luxuriant.
Quot capita, tot ſenſus.
Qualis vir, talis oratio.
Qualis princeps, talis populus.
Quiſque ſuis malis blanditur.
Quid turpius arrogantis imperitiâ?
Quot homines, tot ſententiæ.
Quantum habebis, tantî eris.
Qualis percontatio, talis reſponſio.
Res ſacra eſt conſultatio.

Rem peractam ſtultus intelligit.
Re præteritâ omnes ſapimus.
Rubor virtutis eſt color.
Rarò ulla calamitas eſt ſola.
Ratio degenerat ſine exercitatione.
Soli miſeri carent invidiâ.
Sermone qualitas viri cognoſcitur.
Silentio multis reſpondetur aptiùs.
Sequitur facilè tempeſtatem ſerenitas.
Sua quemque alit ars.
Senectute otiosâ nihil jucundius.
Sermo opportunus eſt optimus.
Sermo character animi eſt.
Suus rex reginæ placet.
Sera in fundo parſimonia.
Semper inops quicunque cupit.
Sua quemque ſtudia delectant.
Sine opibus nihil valemus.
Sanitate nihil in vita melius.
Sine vitiis nemo naſcitur.
Sapientia nimia non eſt ſapientia.
Suus cuique attribuendus eſt error.
Supra vires nihil tentandum.
Suo quiſque ſtudio delectatur.
Spes mentes hominum fovet.
Turpe lucrum adducit infortunium.
Tempus omnia ſecum trahit,
Trahit ſua quemque voluptas.
Tempore adverſitatis probatur amicus.

Tem-

Tempore omnia fiunt leviora.
Vinum immodicum, malorum cauſa.
Ventre pleno, pejor conſultatio.
Vulgus amicitias utilitate probat.
Voluptates commendat rarior uſus.
Ubi timor, ibi pudor. Ubi amici, ibi opes.
Ubi amor, ibi oculus. Ubi dolor, ibi digitus.
Unus vir, nullus vir.
Ut quiſque eſt ità loquitur.
Virtute nulla poſſeſſio major.
Variæ ſunt rerum vices.
Vitia celari non poſſunt.
Vana gloria non eſt petenda.

Sententiæ Plurium Dictionum.

AB aliorum caſu diſce quid vites.
Abjiciendus pudor, quoties urget neceſſitas.
A cane non magno ſæpe tenetur aper.
Ad otium proclives ſumus omnes.
Adverſa æquo animo ſunt toleranda.
Adulatio maxima in amicitia peſtis.
Adoleſcentis eſt majores natu revereri.
Adeò in teneris conſueſcere multum eſt.
Ad omnem diſciplinam tardior eſt ſenectus.
Agentes & conſentientes pari pœnâ puniuntur.
Alterius ſalus, alterius eſt exitium.
Alterius opes, alterius ſunt ſpolia.

Alia vita, alia vivendi ratio.
Amicus verus theſaurus eſt magnus.
Amici in rebus adverſis cognoſcuntur.
Amor verus nullum novit habere modum.
Animus duris aſſuetus, minus offenditur.
Animus cujuſque ſermone relevatur.
Ars laborat citra fortunæ opem.
Aſinus mavult ſtramina, quam aurum.
Aurum multis ſæpe ſuaſit perperam.
Bacillum vitæ eſt egregia eruditio.
Beneficium collatum in gratos, ſolet fœnerari.
Bene pauperem eſſe, meliùs eſt quàm diteſcere malè.
Beatiſſima civitas, quæ à ſapientibus regitur.
Bonæ leges ex malis moribus procreantur.
Bonis quod benefit, haud perit.
Bonos viros nihil maledicta vulnerant.
Boni ad bonorum convivia ultro accedunt.
Canis pauperem peregrinum ſemper infeſtat.
Canis feſtinans cæcos parit catulos.
Canis antiquus catenæ aſſuefieri non poteſt.
Certiora quæ videntur, quàm quæ audiuntur.
Credendum non citò eſt, quod dicitur.
Celant ſua mala domeſtica ſapientes.
Cavendum ab eo, qui ſemel impoſuit.
Charius eſt quicquid mercede paratur.
Conſilio meliùs vincas, quàm iracundiâ.
Conſultatione, re peractâ, non opus eſt.
Conſilium petendum à conſultis & prudentibus.

Consuetudo cum bonis viris est habenda.
Corpus magis dolore affici, quàm mentem velis.
Corrigere naturam malam difficile est.
Comite sceleſto haud unquam iturus utere.
Consuetudo in rebus omnibus semper est potentissima.
Cura in omni re plurimùm valet.
Cum amico benemerito non est suscipiendum certamen.
Cui fortuna adversatur, amicus non habet.
Desipere in loco, summa sapientia est.
Dispares mores disparia studia sequuntur.
Dissidentes facilè superantur, concordes haud facilè.
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est.
Difficile est tristi fingere mente jocum.
Dives est, qui nihil sibi deesse putat.
Divitiæ labore parantur, prodigalitate perunt.
Diis, parentibus, præceptoribus non redditur æquivalens.
Difficilis res est inventu verus amicus.
Dives memineris, ut prosis pauperculis.
Doctrina vana est, rationi accesserit.
Dos non facit faustum conjugium, sed virtus.
Durum est ea relinquere, quibus diu assueveris.
De suis quisque verba facit.
Dum non licet ut expeto, vivo ut queo.
Damnaveris nullum, causâ non cognitâ.
Dos est magna virtus parentum.

Dum felis dormit, ſaliunt mures.
Dantur nunc opes nullis, niſi divitibus.
Difficilius eſt felicem, quàm adverſam ferre fortunam.
Doctus pauper diviti indocto præponitur.
Ex parvo initio res magna oritur.
Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum.
Ex aliorum erratis ipſi cautiores efficimur.
Exilium eſt illic homini, ubi parùm commodè vivit.
Eximia eſt virtus pæſtare ſilentia rebus.
Enſis vulnerat corpus, ſed animum oratio.
Errata ipſi noſtra non agnoſcimus.
Fortis eſt, falſam infamiam contemnere.
Fortis animi eſt, non perturbari in rebus adverſis.
Facilius quis conſulit aliis, quàm ſibi.
Fortunæ incommoda nihil movent ſapientem.
Feſtinationis comites ſunt error & pœnitentia.
Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit.
Facilè fuſtem invenerit, qui cupit cædere canem.
Facile evolat verbum, tamen nunquam redit.
Fortuna proſpera, dum blanditur, perdit.
Felicitſimus, cui nihil contigerit in vita mali.
Felix, quicunque dolore alterius diſces poſſe carere tuo.
Facile eſt abſentem vincere, qui non repugnat.
Fruſtra ſapit, qui ſibi non ſapit.
Gallus in ſuo ſterquilinio plurimùm poteſt.
Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus.
Hoſtem beneficiis vincere, optima ultio eſt.

Hu-

Humilis fortuna tutior est quàm excelsa.
Hæreditas famæ, quàm divitiarum, honestior.
Humani animi difficilis est conjectura.
Homo avarus, quicquid agit, properat omnia.
Habent & suam tranquillitatem tranquillæ aquæ. (rem.
Heri probitas familiam etiam reddit melio-
Inter socrum & nurum vetus est bellum.
Insperata accidunt magis sæpe, quàm quæ speres.
Ingenia præclara æmulis nunquam caruerunt.
Jugum qui fert volens, leve efficit,
Ipsa dies quandoque parens, quandoque noverca. (tos.
Infelicitatem absconde, ne inimicos reddas læ-
Ingentes opes non parantur sine fraude.
Ingratitudo omnia vitia in se complectitur.
Incommoditas semper comes est commoditatum.
In aliena vitia naturâ sumus oculati, non in nostra.
Iræ imperans, vitam vives validissimam.
Incumbere variis ubique est languidum.
In rebus malis opus est bono consilio.
In adversis rebus amicus cognoscitur.
In periculoso negotio non est dormitandum,
Impossibilia optare sibi, delirantis est.
Inutilis est pudor, quem urget necessitas.
Invendibili merci opertet ultro emptorem ad ducere.

Indicat amicos tempus, ut aurum ignis.
Invidus alterius rebus macreſcit opimis.
Lites animi tranquillitatem adimere ſolent.
Longior vita ſolet plurima incommoda afferre.
Laudatur, non qui diu, ſed qui bene vixit.
Lucrum malum damnum ſemper affert.
Luxu corporis hebeſcit mentis acies.
Liberalem oportet eſſe, ſed pro facultate.
Lucrum niſi eſſet, nemo malus eſſet.
Libentiùs oculatis, quàm auritis teſtibus creditur.
Leve fit, quod bene fertur onus.
Laude & obſequio vincuntur homines.
Mulier mala cunctis feris eſt ferocior.
Matrona frugi paſſim non eſt obvia.
Mulier domûs ſalus eſt, & calamitas.
Miſerrimum mortis genus, fama emori.
Mores bonos colloquia prava diruunt.
Majora perdes, parva ni retimueris.
Multa evenjunt homini, quæ non vult.
Modus omnibus in rebus optimus habendus.
Multa bona multis præter ſpem evenerunt.
Multi invident aliis bonum, quo ipſi carent.
Mentis habitum ſermonis cultus ſolet indicare.
Multis diſplicet, qui ſibi nimiùm placet.
Multo præſtat medicari initia, quàm finem.
Mores bonos convictus inficit improbus.
Mores amici noveris, non oderis.
Mortalia omnia mutationes multas habent.
Magnæ res diſcordiâ pereunt, concordiâ valent.

Men-

Mendacium odit omnis ſapiens & bonus.
Multa mala affert hominibus otium.
Maxima utilitas ſcire uti paupertate.
Nihil noſtrum eſt, quod auferri poteſt.
Nulla diſcordia, ubi idem eſt animus.
Nè commercium habeas cum improbis.
Non refert quàm diu vixeris, ſed quàm bene.
Nè quenquam puncto, rem niſi expenderis.
Noli miſero inſultare: ſors communis eſt.
Nunquam repentè vir bonus ditatus eſt.
Nullum animal, nulla merx difficilior cognitu quam homo.
Non vivendum ut edas, ſed edendum ut vivas.
Non ætate, ſed ingenio acquiritur ſapientia.
Non proderit tibi ingenii felicitas, niſi exercueris.
Nè curis tuum ipſius animum excrucies.
Nè moveris malum bene conditum. (rere.
Nihil turpius, quàm cum familiari bellum ge-
Nemo eſt hominum in quo non aliquid vitii ineſt.
Non eſt beneficium quod in quæſtum mittitur.
Non parum lucri facit, qui damnum effugit.
Nè diſce turpitudinem, néve admiſeris.
Non fœminam aurum exornat, ſed boni mo-
Natura non dedit imperare fœminis. (res.
Nihil, præter quod gliſcit, novit fœmina.
Natura non ſinit præ eſſe fœminam.
Nihil eſt ab omni parte beatum.
Nihil pejus mœrore in rebus mortalium.

Nullam feres pauperie molem acerbiùs.
Nè cuncta semper, ore, credas omnibus,
Nè studeas maledicere, con[illegible]opibus tuis.
Nihil est tam grave, quam paupertas.
Nè festina ditescere, nè pauper fias statim.
Naturam iniquitas morum planè inficit.
Nihil est tam grave, quin amicum feceris.
Nihil sanitate in vita præstantius. (tia.
Nemo sic diligenter aliena, ut sua, curat nego-
Nè conare, quod fieri non potest. (assiduitas.
Nihil est tam diuturnum, quod non emolliat
Nox, amor, vinum turpia suadent.
Non ulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.
Non est ejusdem, & multa, & opportuna dicere
Nihil odiosius quàm quod semper idem est.
Naturæ suum jus eripere difficile est.
Neglectis urenda filix innascitur agris.
Nihil rectè faciunt ministri, nisi adest herus.
Non omnia eveniunt, quæ in animo statueris.
Omne nimium cunctis in rebus est fugiendum.
Oculis magis habenda fides, quàm auribus.
Optima cogitata sæpe pessimè cedunt. (cere.
Oportet senescentem semper aliquid adis-
Optima quæque difficiles habent exitus.
Omnes sibi meliùs esse malunt, quàm alteri.
Omnis res properando parit errorem.
Omne malum nascens facilè opprimitur.
Omnis mora quantumvis pusilla, longissima videtur.

Oportet

Oportet id quod adeſt boni conſulere.
Optimum erit, ſi quis tempus ſpectaverit ap-
Onus cui impar ſis, nè ſubiveris. (tum.
Omne ſupervacuum pleno de pectore manat.
Omnium rerum extremum eſt mors.
Patienter ferenda, quæ mutari non poſſunt.
Patrum mores non ſunt arguendi, ſed ferendi.
Pauci in ſecundis rebus moderati ſunt.
Peſſimus autor rerum gerendarum ira.
Patria ſua cuique jucundiſſima eſt.
Poſt factum plerumque magis ſapimus.
Proruunt cornua arietibus bene paſtis.
Peſſimi ſunt conſultores ira & cupido.
Præſtat inviſum eſſe quàm miſerabilem. (nenda
Plurima ſunt cognoſcenda, ſed optima reti-
Præceps ira, multorum malorum autor.
Pharmaca naſcenti ſunt adhibenda malo.
Pulchritudo corporis fragile bonum eſt.
Protinus apparet, quæ planta frugifera ſit.
Parva ſcintilla contempta maximum excita-
vit incendium.
Periculoſum eſt ſe aquis credere.
Præſtantiſſimarum rerum ſumma raritas eſt.
Prudentis eſt, nihil temerè agere.
Pares cum paribus facillimè congregantur.
Proba merx facilè emptorem reperit. (ſunt.
Præterita reprehendi poſſunt, corrigi non poſ-
Plures vincuntur æquabilitate, quàm duritiâ.
Pulchrum eſt, modum cujuſq; ſcire temporis.

Præſta

Præstat mori quàm fœdam vitam vivere.
Placidis dictis dolor rectè curabitur.
Ponere modum iræ & voluptati, bonum est.
Præstat egere, quàm ex scelere ditescere.
Præstat tacere, quàm loqui indecentia.
Pluris est occulatus testis unus, quàm auriti decem.
Plures necat lingua, quàm gladius.
Perturbato cordi nihil est mundum.
Pinguis venter non gignit sensum tenuem.
Patriæ fumus igne alieno luculentior.
Plus audit quisque domi, quàm foris.
Plus vident oculi, quàm oculus.
Probis ab animis facta promanent proba.
Patria est homini, ubicunq; feliciter agit.
Pauper est, non qui parùm habet sed qui plus cupit.
Perversæ sodalitates malum fructum ferunt.
Pudore amisso, omnis virtus ruit.
Præterita compellunt nos futurorum rationem habere.
Pulchrum est injurias in gratiam commutare.
Pueris nocet potare vinum.
Quod repentè tollitur, non est diuturnum.
Quæ cernuntur, certiora sunt, quàm quæ audiuntur.
Quod quisque vehementer amat, ejus non potest oblivisci.
Quod aliis vitio vertas, ipse nè feceis.

Quic-

Quicquid præter ſpem evenit, id deputato eſſe in lucro.
Qui fugitant labores, optant dies feſtos.
Quicunque recuſat laborem, non fert fructum.
Quid de quoq; viro & cui dicas, ſæpe caveto.
Quod multi faciunt, non continuo bonum eſt.
Quod uni bonum, alteri malum videtur.
Quod non eſt aſſuetum, laborem recuſat.
Qui nimiùm properat, ſerius abſolvit.
Qui neſcit diſſimulare, neſcit imperare.
Quod ſatis eſt cui contingit, nihil amplius optet.
Qui ſe peccare neſcit, corrigi non vult.
Quàm multa mala hominibus affert otium?
Quod naturâ eſt inſitum, nullo corriges negotio.
Quiſque advigilat ad id quod expetit.
Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam.
Quicquid nativum eſt, id haud facilè mutatur.
Qui ſimul duplex captat commodum, utroque fruſtretur.
Quod ſatis decretum eſt, id nemini licet evitare.
Quod factum eſt, infectum fieri non poteſt.
Quam quiſque nôrit artem, in hac ſe exerceat.
Qui ſe deprædicant arrogantiùs, malos habent vicinos.
Quæ meritò pateris, facilè ferenda ſunt.
Rebus maximè proſperis metuenda diverſa fortuna.
Res non poteſt conſiſtere, cùm quæſtum ſuperet ſumptus.

Res

Res initio pucilla creſcit in majus.
Res factu ardua, tamen aſſiduâ induſtriâ evincitur.
Rei non bonæ conſuetudo peſſima eſt.
Res humanæ naturâ proclives ſunt ad corruptelam.
Res mala eſt multa concupiſcere.
Rex magnus quiſque bene rexerit.
Solatium in miſeriis amicus compatiens.
Secundæ res incautos dementant, & perdunt.
Senectutis eſt otium & quies.
Sæpe etiam ſub pallio ſordido ſapientia eſt.
Sæpe de leviſſimis cauſis exiſtit ira.
Sine pennis volare haud facile eſt.
Supellex mulieris eſt clarus clamor.
Sæpe ſumma ingenia in occulto jacent.
Suum quiſque ſtudium maximè probat.
Sapientia eſt à viro ſapiente diſcere.
Summâ curâ lingua regi debet.
Stulti ſunt qui corrigi nolunt.
Superanda omnis fortuna ferendo eſt.
Si non poteſt quod vis, id velis quod poſſis.
Senex homo eſt moleſtus cœtui juvenum.
Sapientiâ non eſt res ulla dignior.
Sapiens in ſe omnem habet ſubſtantiam.
Secreta animi nunquam prodito.
Sapienti turpe eſt dicere; Non putavi.
Semper malis inviſa fuit egregia virtus.
Senex multa, quæ non vult, videt.
Si dixeris quæ vis, quæ non vis audies.

Sæpe

Sæpe mali malefacta viri populus luit omnis.
Stultus perinde atque Luna immutatur. (petu.
Sæpe vincas patientiâ, quem non viceris im-
Solâ pecuniâ possunt expugnari alioqui invi-
Satius est initiis mederi quàm fini. cta.
Solitariæ manûs invalida pugna est.
Sine convictore amico insuavis vita est.
Silendo nemo peccat, loquendo persæpe.
Spernimus in communi omnes præsentia.
Suæ quemque sortis pœnitet, alienam miratur.
Sine ope divina nihil valemus.
Semper similem ducit Deus ad similem.
Sæpenumero pessima pro bonis amplectimur.
Semper metuit nimium præsaga mens.
Satius est tacere, quàm tacenda proloqui.
Sæpe consilio dissimilis eventus.
Spectandus semper est finis & rei exitus.
Tempus nullum est infructuosè transeundum.
Talia dicentur tibi, qualia dixeris ipse.
Tum judicant homines, ubi jam pœnitet.
Tempus ad lucem ducit veritatem.
Temulentus dormiens non est excitandus.
Tarditas in rebus gerendis odiosa.
Tanti quisque habetur, quantum habet. (tem.
Talis quisq; fit cum qualibus agit familiarita-
Verecundia, bonum in adolescente signum.
Violentia odium parit, odium dissentiones.
Vis sine consilio nihil prodest.
Ubi quisq; thesaurum habet, ibi habet & cor.

Ut

Ut tua fuerit oratio, ità tibi reſpondebitur.
Voluntas ſæpe laudanda eſt, ubi vires deſunt.
Voluntas & labor procreant artes.
Varia & mutabilis ſemper fœmina.
Uxor quæ pudicitiam amiſit, omnia ſimul perdidit.
Uxorum vitia poſt nuptias diſcimus.
Voluptate capiuntur homines, ut hamo piſces.
Unicum confugium in egeſtate eſt ars.
Victum para undecunque, at non ex crimine.
Unicuique dedit vitium natura creato.
Ubi quis dolet, ibidem & manum habet.
Vita noſtra ſimilis bullæ in aqua.
Vini hilaritas minuit ſenectutis moleſtiam.

Sententiæ Sacræ feſtis diebus juventuti literariæ proponendæ.

ABſque Deo nihil poſſumus.
Affectum cordis exigit Deus.
Afflictis adeſſe ſolet Dominus.
A Deo pendent omnia.
Ad terrena non reſpiciendum.
Arbor ex fructibus cognoſcitur.
Aſſiduè bene operandum.
Adverſitates noſtræ à Deo.
Avaritia infert Dei oblivionem.
Ad verbum Dei nihil addendum.
A ſolo Domino cuncta ſperanda.

Amiſſ

Amisso verbo Dei omnia amittuntur.
Animæ salus à verbo Dei pendet.
Avari verbum Dei derident.
Audaces Dominus dejicit.
Ab Adamo peccatum in nos derivatum est.
A Deo omnia donantur, quibus egemus.
Ad vanitatem naturâ proclivis est homo.
Auxilium à Domino expectandum.
Avaritia cor excæcat & indurat.
Autor omnium operum Deus.
Benedictio Dei omnia fœcundat.
Bono omnia dantur credenti.
Bonorum nostrorum dispensatores tantùm sumus.
Bonitas Dei rebus in omnibus elucet.
Bellandum non est, nisi necessitate urgente.
Bellum moventes primi sæpe vincuntur.
Bello parta, bello pereunt regna.
Bona piis adveniunt Dei gratiâ.
Bona opera probant fidem.
Benedictio Domini credentes alit & sustentat.
Cognitio Dei vita æterna.
Concilio Dei omnia fiunt.
Credenti omnia sunt possibilia.
Consilia Dei non mutantur.
Credentibus omnia bona communicantur.
Christiani templum Dei sunt.
Charitas symbolum credentium.
Charitas est plenitudo legis.
Consilium nullum contra Dominum.

Carnales regnum Dei non vident.
Confidentia ſola habenda in Deum.
Chriſtum qui fide habet, omnia habet.
Chriſtus eſt omnium bonorum theſaurus.
Crux ſequitur Confeſſionem fidei.
Crucem ſequitur gloria.
Compatiendum omnibus.
Crux eſt probatio fidei.
Conſcientiâ certâ omnia facienda ſunt.
Cæcitas eſt pœna contemptûs verbi Dei.
Conſilio & induſtriâ omnia gerenda.
Calamitas omnis peccatorum pœna eſt.
Credentes Deo omnia committunt.
Credentes in Chriſtum habent vitam æternam.
Concordiâ Eccleſia regenda eſt.
Chriſto data eſt omnis poteſtas.
Chriſtum audit, qui ex veritate eſt.
Chriſto obediunt omnes creaturæ.
Chriſti regnum in æternum durabit.
Cultus Dei ſine fide nullus.
Conſilium Dei immutabile.
Cura omnis Deo committenda.
Chriſtus unus à morte liberat.
Chriſtum ſequentibus nihil deeſſe poteſt.
Cum hoſtibus beneficè agendum.
Cupiditas habendi, radix omnium malorum.
Confidendum non eſt in homine.
Conſilia hominum à Deo moderantur.
Contra mortem non eſt remedium.

Dei

Dei voluntas omnibus in rebus ſpectanda.
Deus opitulator in afflictionibus.
Deus curam noſtrî habet.
Damnandum temeré nihil eſt.
De verbo otioſo reddenda eſt ratio.
Deus emendat nos cruce.
Deus fons omnium bonorum.
Deus ſubito ſuos adjuvat.
Deus ſolus ſcrutator cordium.
Deo nihil non poſſibile.
Deus conditor rerum omnium.
Deus in tempore ſuccurrit.
Deus ſolus ſempiternus eſt.
Deus fide agnoſcitur. Deus ſpes fidelium.
Deo nihil eſt occultum.
Deo omnia patent. Deus regit omnia.
Doctrina quævis probanda.
Deus homini omnia ſubjecit.
Deus non reſpicit perſonas.
Deus videt & audit omnia.
Dei conſilia nobis abſcondita.
Deo potiùs obediendum, quàm hominibus.
Deus ſibi ſoli omnia reſervavit.
Dei mandatis nihil addendum.
Divitiæ obveniunt benedictione Dei.
Deus ſuos liberat ſuo tempore.
Dives & pauper à Deo facti.
Deus ubi non eſt, ibi nihil.
Deum humana aſtutia nihil celare poteſt.

Deo adverſante, omnes creaturæ adverſantur.
Deus homines non vult otioſos eſſe.
Divitiarum cupiditas à Deo abducit.
Deus paſcit ac ſervat nos ultra noſtram curam.
Deus eſt ſpiritus, & in ſpiritu adorandus.
Dei opera & conſilia inſcrutabilia.
Deus ſolus & gratis, remittit peccata.
Deus operatur omnia bona opera in nobis.
Deus verbo ſuo monet, antequàm puniat.
Deus corrigit, ſed non abjicit ſuos.
Extollens ſe humiliabitur.
Exempla multorum non ſunt imitanda.
Externa non inquinant hominem.
Eveniunt non quæ nos inſtituimus, ſed quæ Deus decrevit.
Externa curare, neglectis internis, cæcitas eſt.
Emendati o vitæ fit Lege Dei.
Ebrietatis pœna, ſtultitia.
Fidelibus nihil deeſt.
Fideles mundus odit.
Furor depravat judicia.
Fides Dei donum eſt.
Fides ſola juſtificat.
Fides gratis data.
Fidum reſpicit Deus.
Fidei ſigna opera ſunt.
Fides facit filios Dei.
Fides adverſitate probatur.
Fidelium mors, vita.

Fideles ſunt Deo curæ.
Famis tempore ſatiantur fideles.
Fides bonorum operum fons.
Fides verbo Dei nititur.
Futurorum cura, nobis inutilis.
Fame fideles non pereunt.
Fides vera non poteſt eſſe otioſa.
Fides cujuſque ex fructibus cognoſcitur.
Gloria Deo tribuenda, non nobis.
Gemitus oppreſſorum exaudit Deus.
Garrulitas non eſt abſque peccato.
Garrulitas ſtultitiæ & mendacii argumentum.
Gratiâ nondum natis promittit Deus bona.
Humiles erigit Deus.
Homini non fidendum.
Homini cuncta ſerviunt.
Humilitatem vult Deus.
Hominis vita militia eſt.
Honor ſolius Dei eſt.
Humani conatus inutiles.
Humana ſolatia pereunt.
Homo calamitoſum animal.
Homo ad calamitatem naſcitur.
Homo omnia à Deo accipit.
Humilibus dat Deus dona ſua.
Homines ſapientiâ, non viribus ſuis reguntur.
Humiliat Deus omnia excelſa.
Hominis cor ex natura ſua malum.
Humana ratio Deum agnoſcit.

Homo ſibi ipſi calamitatum autor.
Hoſtem beneficio vincere, optima ultio.
Judicia Dei inſcrutabilia.
Inobedientia Deo diſplicet.
Judicare alios periculoſum.
Infidelitas omnia impurat.
Judicandum eſt poſt cauſam cognitam.
Impiorum conſilia non ſuccedunt.
Incredulitas radix omnium peccatorum.
Impii ſuo conſilio conſumuntur.
Impii dona Dei contemnunt.
Ignorantes legem Dei maledicti ſunt.
In timore Dei omnia aggredienda.
Impiis voluptas eſt alienam famam lædere.
In ſolo nomine Jeſu ſalvamur.
In operibus bonis non eſt torpendum.
Impius quod maximè timet, accidit ei.
Impiis omnia cedunt in malum.
Labore comparandus victus.
Liberalibus benedicit Deus.
Laborandum eſt ut proximo proſimus.
Lætitia juſtorum nunquam perit.
Liberorum copia Dei donum optimum.
Longior vita diuturna calamitas.
Magiſtratui parendum.
Mortis certum tempus.
Morbi ob peccatum veniunt.
Majoribus honor exhibendus.
Miracula non temerè fiunt à Deo.

Mali puniendi ut non lædantur boni.
Miſericordia Dei in initium ſalutis noſtræ.
Miſericordia Dei omnibus neceſſaria.
Mors dura ſequitur bonam vitam.
Monitis ſalutaribus non obtemperantes pere-(unt.
Mors incredentes nihil juris habet.
Malus magiſtratus populo malo datur.
Malum non alio malo, ſed bono pellitur.
Malis Deus utitur organis.
Non temerè judicandum.
Nullum malum impunitum.
Nihil pejus ingratitudine.
Nemini maledicendum.
Nemo ſine peccato eſt.
Nemo coram Deo innocens.
Nemo ſibi ſoli natus eſt.
Nullâ re abutitur juſtus.
Non ferunt impii caſtigationem.
Nihil facilius, quàm calumniari.
Nullus Propheta acceptus in patria.
Numerus populi Dei pauciſſimus.
Nihil poſſumus ex nobis.
Nihil peſtilentius malâ doctrinâ.
Non obliviſcitur ſuorum Deus.
Nihil cæcius corde impii.
Nihil externi moratur Deus.
Non ſatis bene cœpiſti, niſi perſeveres.
Otium execratur Deus.
Omnes ſumus peccatores.

Omnium hominum opera impura.
Operarius cibo ſuo dignus.
Optima pœnitentia, vita nova.
Oculorum concupiſcentia decipit.
Omnia noſtra in manu Dei poſita.
Omnia poſſibilia ſunt credenti.
Opus non reſpicit Deus, ſed animum.
Omnia propter hominem condita ſunt.
Omnia verbo Dei condita ſunt.
Omnia in melius interpretanda.
Opportunitas nuſquam non obſervanda.
Orandi torpor, malum præſagium.
Potentes Deus dejicit.
Pios fovet Dominus.
Peccatum cauſa mortis.
Peccata operit charitas.
Pœna impiorum æterna.
Parentibus obedire debemus.
Piorum memoria æterna.
Pauperes ulciſcitur Deus.
Peccata non delentur operibus.
Piis condiuntur dulcia amaris.
Piis omnia cedunt in bona.
Princeps bonus à Domino datur.
Peccata remittuntur ex gratia Dei.
Paſcit Deus ſuos certiſſimé.
Peccatum eſt quod abſque fide eſt.
Perſonarum acceptio non eſt apud deum.
Pauperi merces non eſt differenda.

Peccata ſolus Deus remittit.
Providentiâ Dei orbis gubernatur.
Propitius Deus, optima hereditas.
Puer alimentum in mundum ſecum affert.
Qui plus ambit, minus conſequitur.
Qui magna moliuntur, nihil efficiunt.
Reſpublica propter pios floret.
Reddetur unicuique juxta facta ſua.
Reprobos recta monita reddunt deteriores.
Rebus utendum, ſed non fidendum.
Reprehenſio ſit ſine calumnia.
Senectus veneranda.
Superbos perdit Deus.
Societas mala vitanda.
Succeſſus à Deo eſt.
Superbia animarum perditrix.
Scandalum non præſtandum pueris.
Sapientia, non arma, defendit.
Seditioſis nunquam feliciter ceſſit.
Sine fide in Chriſtum nemo ſalvatur.
Sine verbo Dei nemo eſt ſapiens.
Sapientes ferunt caſtigationem.
Satan nocere nequit, non permittente Deo.
Sapientum conſilia Deus irrita facit.
Sapientia humana, ſtultitia in rebus Dei.
Tardè eſt iraſcendum.
Tranquillitas in hac vita non ſperanda.
Timentes Dominum bene vivent.
Voluntas Dei bona.

Verbo Dei alimur. Voluntas Domini ſtabilis.
Vindictam prohibet Deus.
Veritas ſemper perſecutores habebit.
Uxor bona datur à Domino.
Vocatio cuique ſua curanda.
Veritatis contemptus, graviſſimum peccatum.
Vincere cupiditatem maxima fortitudo.

FINIS.

Communiora atque quotidiana morum puerilium præcepta.

SUrgens manè, primum diei initium auſpicaberis in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.

Et Dominicâ oratione commendabis te Chriſto. Gratias ages, quòd eam noctem voluit proſperam tibi.

Deinde precaberis, ut diem itidem illum totum tibi fortunet bene, nè impingas in peccatum.

Mox veniens in conſpectum, felicem diem precaberis parentibus.

Indè capillitium comes, manu vultum lavabis,

ut

ut quam primùm recipias te ad ludum.

Ante ingreſſum, Spiritum ſuum ut tibi largiatur Chriſtus, orabis; quia citra illius opem fruſtrà eſt quod tentatur.

Cùm veneris in frontiſterium, libenter auſculta, & quod agis, toto pectore agito.

Reſponde verecundé. Parva non mordicus confuta, ſed verecundé.

Ante omnia cave, nè merito vapules.

Nè quid dicto factóve vel præceptorem offendas, vel ſodales tuos. (ce.

Diſputantem contra te magis doce, quàm vin-

Dimiſſus à ludo domum propera, nec in platea moram feceris.

Domi ſi quid eſt obſequii præſtandum parentibus, diligenter obi.

Quod ſi vacat tecum repetere, quod prælectum eſt in ſchola repete. Nihil enim in vita pretioſius tempore.

Cogita, quod irrecuperabile eſt, & perit quod tranſigitur. Ubi hora ingruerit prandii, menſam adornato in tempore. (to.

Sed ante apparatum pocula diligenter munda-

Menſæ primùm ſupponitur mappa, indè circulus æreus, proximè ſalinum, poſt hæc orbes, ad poſtremum panis.

Eodem autem modo quo apparatur, ità & removetur, menſa.

Orbes colligentur primùm, poſthac ſalſamenta & ſal. Indè

Indè caſeus, vel quicquid aliud eſt ſecundarum menſarum. (pa.

Ad ultimum unà cum pane removetur & map-

Erectis & compoſitis pedibus ſta, ſolicitè animadvertens nè deſit quid. Et cùm infundendum, ſive quid porrigendum, apponendum, aut tollendum eſt, civiliter id feceris.

Amandatus aliquò, reditum matura.

Ante & poſt epulas Deo benedicas.

Aſtans non turbabis, vel interturbabis aliorum ſermonem, ſed interrogatus breviter reſpondeto.

Cantharos & vaſa nè per oblivionem confundas, ut alterum fundas pro altero, ſi varia vina.

Salis nè obliviſcitor.

Sciſſum vel confractum menſæ nè apponito.

Sub noctu inter cœnam advigilato attentè pro emungendis lucernis, & ne quid fœdi pœdoris in nares redoleat convivantium.

Emungens candelam, nè extinguito.

Sed ne aſſueſcas etiam, quicquid de menſa remotum eſt, vel reconditum domi habent, abligurire.

Actis gratiis, ſublatis omnibus, ſi quid vacat luſu quopiam honeſto animum laxa cum ſodalibus, donec hora revocat in ludum à luſu.

Si autem contingat, ut ipſe quoque menſæ accumbas, hæc obſervabis.

In-

Inprimis, ungues præſciſſos habeto.
Manus lavato. Erectus accumbito.
Hoſpiti collocanti acquieveris.
Ebrietatem fuge. Sobrius eſto.
Sic præbebis hilarem te, ut ſemper memineris quid deceat ætatem tuam.
Poſtremus omnium admoveto manum patinæ.
Si quid datur lautius, recuſato modeſtè.
Si inſtabitur, accipe & gratias age.
Mox decerptâ portiunculâ, quod reliquum eſt illi reddito, aut alicui proximè accumbenti.
Alterius tamen uxori, marito aſſidente, nihil reddideris. Similiter principi aut magnati nihil reddideris.
Parenti, amico, cognatis, licet frangere quæ optima videntur.
Siquid lautius miniſtratur, ut hepar piſcium, & alia quædam, parciùs guſtaveris, reliquum deſtribuas.
Si quis præbibit tibi, hilariter illi bene precare, ſed ipſe bibito modicè. Si non ſitis, tamen admoveto cyathum labiis. Arride loquentibus.
Ipſe nè quid loquare, niſi rogatus.
Si quid obſcœni dicetur, n è arride, ſed compone vultum quaſi non intelligas.
Nè cui in menſa obtrectato. Nè cui temet anteponito. Nè tua jactato. Nè aliena diſpicito.
Eſto comis erga tenuis ſortunæ ſodales.
Deferto neminem. Nè ſis linguâ futili.

Si

Si videris convivium esse prolixius, precatus veniam, ac salutatis convivis, subducito te à mensa.

Panem pectore nè proscideris.

Digitulos, proscindens, cultro nè appoſueris.

Quæ ante, & juxta repoſita sunt edito.

Decerpturus ex catino quippiam, ſummo cultro comprehendito.

Nè ut ſus, effundas te ſupra cibum.

Nè confundas vel turbaveris digitis, quæ poſita ſunt in catino.

Ova manducaturus, panem conſcindito fruſtatim priús.

Verùm nè quid præterfluat, curato.

Maturè edas ovum.

Teſtas non confractas in catinum rejicito.

Inter edendum ovum, non potabis.

Comeſturus, thoracem nè commacules.

Piper quoque edens, digito nè prælinge.

Suprema labia aut naſum manicâ nè emungas inter epulandum. Naſum non abſtergas niſi ſudariolo, idque civiliter atque modeſtè.

Mucum digito non exculpito.

Salino digitos nè indas, neq; ſalſamentis & piperatis omnibus. Buccellas ne nimis denſas ſumito, vel amplas, ſed ſingulas conſcindito.

Ex ore nihil extraxeris in orbem

Caput inter epulas nè ſcalpito.

Omnis cachinnus effuſus in convivio turpis eſt.

Potaturus,

Potaturus, duobus digitis labra ſuprema abſtergito.

Non appareat ſupernatans in poculo tuo ſaginamen aut pinguedo.

Sed nec cibum habens in ore, & nec dum voratum potabis. Simul & mandere, & loqui ruſticum eſt.

Screare ſimiliter, aut oſcitare, aut expuere crebriùs, ſimiliter incivile habetur.

Agreſte & ethnicum habetur, in ſupremum cubitum recumbere.

Panem tinctum vino edere ex poculo in cœtu hominum ridiculum eſt.

Non recumbes in dorſum more ruſticorum.

Cochleari quantum ſatis eſt, haurito & ſorbito.

Inter ſorbendum nihil diſtilles, neque bis uno hauſtu ſorpſeris.

Donec manderis & glutiveris, né ſorbeas iterum.

Canum eſt immenſos bolos vorare, & oſſa rodere.

In oſſibus ſi quid pulpamenti hæreat, modeſtè cultro proſcindito.

Alii verò convivæ quid præcerpant, vel appoſitum habeant, nè temerè circumſpectaveris.

Quod ſemel dentibus demorſum aut roſum eſt, paropſidi nè inſeras.

Turpe eſt oſſium & eduliorum quiſquilias ſub menſam dejicere.

Indecens

Indecens quoque, unguibus, linguâ, aut cultro repurgare dentes, ſed agendum id eſt extra convivium.

Cibus eſto temperatus ac feſtivus.

Prande parciùs, Cœna liberaliùs.

A cœna ſuavibus fabulis temet oblecta.

Cibi vel potûs non quantum libidini, ſed quantum naturæ ſatis eſt, ſume.

Pranſus hilariter quædam facito.

Sub cœnam pauliſper ambula.

Cœnaturus idem facito.

Jejunus ſtudebis ac ſcribes.

FINIS.

---

oiotey qvvd q·y!g poeyocl dv-/l-vz
qiz- /ivve qeo- /ivve ℓqeri lho. v

Indecens quoque, unguibus, linguâ, aut cultro repurgare dentes, ſed agendum id eſt extra convivium.

Cibus eſto temperatus ac feſtivus.

Prande parciùs. Cœna liberaliùs.

A cœna ſuavibus fabulis temet oblecta.

Cibi vel potûs non quantum libidini, ſed quantum naturæ ſatis eſt, ſume.

Pranſus hilariter quædam facito.

Sub cœnam pauliſper ambula.

Cœnaturus idem facito.

Jejunus ſtudebis ac ſcribes.

FINIS.

---

oiotey qvvd q·y!ß poeyoc! dv-/l-lz
qlz- /ilve qeo- /ilve ℓeeilho. o

q.'s i dv-ve q. eiotiq quod [illegible]
oiocy quod q.qi 8 poeqoci dv-ci vt